FABII DEVOTI IN ÆNIGMA DAMÆTÆ DE CÆLI SPATIO IN TERRIS QUIBUSDAM...

Fabio Devoti, Giovanni Devoti, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

Digitized by Google

17

Digitized by Google

MISCELLANEA
R. BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE

Digitized by Google

Digitized by Google

1106*17

Digitized by Google

Digitized by Google

A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FABII DEVOTI


IN

ÆNIGMA DAMÆTÆ

DE CÆLI SPATIO IN TERRIS QUIBUSDAM

TRES NON AMPLIUS ULNAS PATENTE

COMMENTARIUS



ROMÆ MDCCLXIII.

EX TYPOGRAPHIA MARCI PALEARINI

SUPERIORUM PERMISSU

C I

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

Digitized by Google

1106.17

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

D. FELICI MARIAE NERINIO

SS. BONIFACII, ET ALEXII

HIERONYMIANO ABBATI

FABIUS DEVOTUS FOELICITATEM

EGO verò, NERINI Doctiſſime, & ſi jamdiù aliquid ad Te ſcribere cogitaram,

Digitized by Google

ut omnes, quanti Te faciam, ſemperquè fecerim, intelligere planè poſſent; in argumentis tamen, in quibus, ſi non magnâ, at nonnullâ ſaltèm cum laude verſatus apud eos praeſertim eſſem, qui meas eſſe aliquid putarent nugas, nihil reperiebam, quod dignum; vix autem quidquam, quod ſapientiâ, eruditione, gravitate tuâ non indignum eſſe videretur. Quum enim Poeſi jam uſquè à puero ità ſim delectatus, ut quamvis re-

Digitized by Google

liquarum artium, facultatumquè ſtudia non neglexerim, in eâ tamen unâ viſus ſim conquieſſe; ſintquè propter eà, qui me quantum quantum, niſi poetam, nihil eſſe arbitrentur; cogitare quidem poteram, quid offerrem Tibi: quid autem re ipsâ praeter carmen, aut, quod non ex carmine aliquo petitum eſſet, offerrem, non habebam. Hujus autem generis ſcriptionum, quibus, ordinis quamlibet lucidi, leporis, nitoris, elegantiae,

Digitized by Google

quantum voles, inſit; veri certè, gravis, ſolidi nihil perſaepè, vix autem perraro ineſt; quî demum obtruderem Theologo praeſtantiſſimo, illuſtri Hiſtorico, peritiſſimoquè antiquitatum? At Te ſanè, qui tantâ non tuâ gloriâ ſolum, ſed etiam utilitate Populi Chriſtiani ſic eſſes in contemplatione, ſcientiâquè rerum divinarum exercitatus, ut adoleſcens ſummos Theologos aequaſſe, vir longè ſuperaſſe videre; quis neſciat, di-

gnum

Digitized by Google

gnum omnium judicio fuiſſe exiſtimatum, qui eo in primis nomine ampliſſimum in re Chriſtianâ publicâ occupares locum? Qui honos & ſi non ereptus, ut credimus, Tibi, ſed dilatus fortaſsè eſt: dilatus eſt tamen, non quod ratio habita Tui non ſit, ſed quod primum habenda fuerit temporum. Quamquam non is quidem Tu es, qui honorum, dignitatumquè ſplendore moveare. Hoc enim Te felicem, atquè beatum putas fore, ſi in ſu-

Digitized by Google

ſcepto jam vitae inſtituto, ſcribendo, docendoquè utilis Catholicae Eccleſiae eſſe poſſis. Quod ut egregiè, cumulatèquè praeſtiteris; praeſtarequè pergas, & novimus ipſi, & experiundo cognorunt ii, qui cum & excellerent ſingulari doctrinâ, & doctos viros pernoſcerent, facerentquè, ut par eſt, plurimi; in numero Te eſſe Conſultorum Supremae Congregationis Sancti Officii voluerunt. Quod ſi perſaepè evenit, ut qui foris ma-

gna

Digitized by Google

gnâ in exiſtimatione , ac celebritate doctrinae , eruditioniſquè verſantur , iidem minoris plerumquè; interdum nihili habeantur domi: Tibi tamen contrà evenit. Nam & ſi efficiat ferè diuturna familiaritas , & conſuetudo quotidiana, ut minore apud nos ſint in pretio , qui nobiſcum agunt , quam & mereantur ipſi , & nos aliquandò fortaſsè vellemus ; Tu tamen , qui tantum es apud exteros virtutis , ſapientiaequè causâ honoris , ac

lau-

Digitized by Google

laudis conſequutus, quantum vix quiſquam eruditorum, eam moviſti dè Te admirationem domeſticis, eoſquè ità devinxiſti Tibi, ſicquè uſufeciſti tuos, ut ab iis in ſummorum Virorum, qui uſquam fuerint, numero, tuo quidem merito, habeare. Quarè non ſolum Te Inſtitutore, atque Magiſtro diù ſunt uſi, utenturquè, dum vives; ſed cum etiam perſpexerint, non minus Te prudentiâ, providentiâquè valere, quam doctrinâ, &

Digitized by Google

eruditione praeſtes, Procuratorem Te, indè iterum Abbatem Generalem crearunt ſibi: idquè eò ſe libentius feciſſe confirmant, quò veteres artes, ſtudiaquè graviora, atquè elegantiora, cum eo magiſtratu fungerere, tuâ operâ reſtituta, remquè ſuam publicam, privatamquè ità auctam, amplificatamquè teſtantur, ut cum ceteris Monaſticis inſtitutis, quemadmodum jam dè antiquitate, ſic dè doctrinae, eruditioniſquè lau-

de

de contendere poſſe videantur. Atquè adſertam quidem, vindicatamquè abs Te vetuſtatem Inſtituti tui egregio illo opere, quod inſcripſeras: Hieronymianae Familiae Vetera Monumenta ad Angelum Mariam Cardinal. Quirinum, publicaraſquè Placentiae anno 1754. reſponſione illâ doctâ ſcilicet, laboriosâ, elegantiaequè plenâ ad Epistolam Brixiani Philopatris, quam edideras Mediolani an. 1752. opta-

re

Digitized by Google

re indè ſe, quod omnes docti vehementer cupiunt, in lucem demum ut prodeat BULLARIUM HIERONYMIANUM tanto ſtudio, tantâ diligentiâ, tantâquè eruditione abs Te adornatum, ut dignum BENEDICTUS XIV. Pontifex ſapientiſſimus, judicaverit, quod auguſto ſuo Nomini dicaretur. Dè ſtudiis autem literarum quid dicerent, cum planè ſcirent, Tuis Te, quam inituri viam, quamquè in hoc genere, quibuſquè modis lau-

dem quaeſituri eſſent, praemonſtraturum dediſſe EPISTOLAS TRES AD ANGELUM MARIAM ipſum CARD. QUIRINUM DE' SUSCEPTO ITINERE SUBALPINO, eaſquè vulgaſſe MEDIOLANI AN. 1753. incredibili voluntate, plauſùquè Eruditorum. Quin etiam ſcriptam abs Te praetereà fuiſſe meminerunt, Baſilicae, Coenobiiquè Romani S. Alexii, publicatamquè hiſtoriam, quâ tot Ordinis tui Clarorum Virorum, totquè nobiliſſimarum familiarum, non

Digitized by Google

Romanarum modò, ſed exterarum etiam monumenta, quae tuorum Sodalium diligentiâ in eadem Baſilica, Coenobiovè ſervata ſunt, tam eruditè, graviter, diſtributè, eleganter; tanto Italorum, Gallorum, Germanorum plausù illuſtraſti, ut nihil deſiderari ſuprà poſſit. Conſilio demum, curâ, diligentiâquè tuâ Coenobium, Templumquè ipſum Sancti Alexii, multò amplius, ornatiuſquè fuiſſe reſtitutum: quarè nemi-

nem

Digitized by Google

nem eſſe, quin confidat fore, Te diù vivo, atquè incolumi, tuâ ſedulitate, providentiâ, atquè operâ ſatis ipſos eſſe rei Chriſtianae publicae facturos, conſulturoſquè unà commodis, & utilitati ſuae. Is igitur cum ab exteris, domeſticiſquè habeare, & ſis reverà, quid à poetâ, eloquenti ſi placet, atquè eleganti, docto etiam (qualem certè non eſſe me, & agnoſco, & fateor) at poetâ tamen expectes, quod tuo clariſſimo Nomini inſcri-

ſcribendum,dicandumquè eſſe videatur? Hoc unum Poetae reſtabit ſcilicet, ut quaerat, inveſtiget, perſpiciat, locus ne ſit ullus in veteris alicujus item Poetae libris, qui illuſtratus ſatis antè non fuerit, quemquè explicare ipſe non diffidat poſſe veteris hiſtoriae, monumentorumquè antiquorum ope? Id verò loci ſi inquirendò repererit, atquè dilucidè, verèquè evolverit, litteriſquè nitore quodam uſus orationis mandaverit; habe-

Digitized by Google

bit ille quidem, quod Tibi offerat, ut ab inſtituto ſuo non alienum, ità non indignum auſpicio, patrocinioquè tuo. Atquè id profectò inveniſſe me, nequè inveniſſe modò, ſed etiam, ut mihi facilè perſuadeo, explicaſſe politène, eleganterquè, ut optaram, utquè ſum conatus, aliorum eſto judicium, at perſpicuè, ſanè, verèquè explicaſſe; hic, quem Tibi offero, Commentarius demonſtrabit. Nam cum in eum Eclogae Vir-

gilia

Digitized by Google

gilianae Tertiae incidiſſem locum, quo aenigma à Damoetâ Menalcae propoſitum continetur, DE' TERRIS, IN QUIBUS COELI SPATIUM NON AMPLIUS TRES ULNAS PATEAT, animadvertiſſemquè, disjunctum hactenus longiſſimè id aenigma fuiſſe ab intelligentiâ, ſensùquè hominum eruditorū, qui in ejus poetae operâ, locoſvè quoſdam ſyntagmata, aut commentarios, aut adnotationes edidiſſent, memor eorum, quae olim in Dionis, aliorum-

Digitized by Google

què Veterum Hiſtoriis legeram dè Pantheo Romano longè vetuſtiore Marci Agrippae temporibus, in eam ſpem deniquè veni, fore, ut mea operá omnes agnoſcerent, Damoetam loquutum dè Pantheo eodem fuiſſe, in quod qui eſſet ingreſſus, is Coelum non amplius tres ulnas patens intueretur. Id verò ceteris non opinione quidem, ſed ad veritatem planè perſuaſurus, hoc quidquid ſivè Syntagmatis ſivè Commentarii genus per-

ſcri-

Digitized by Google

ſcripſi; quod ſi gratum Tibi fuiſſe intellexero, ſatis me mihi feciſſe arbitrabor, cui nihil unquam potius, nihilquè praeſtabilius viſum eſt, quam id agere, quod Tibi confiderem acceptum fore, cui & deberem plurimum, & ob egregia beneficia, quibus me continenter auges, proſpicerem, nunquam me eſſe facturum plus ſemper debendi finem. Habe igitur, NERINI, Tibi IN AENIGMA DAMOETAE DE COELI SPATIO IN TERRIS QUIBUSDAM NON

AMPLIUS TRES ULNAS PATENTE

Commentarium : atquè, ut auctorem incredibili hactenus humanitate, comitate, benevolentiâ complexus es, ſic opuſculum ipſum, Te auſpice, publicatum, modò Tibi, quod ſanè non diffido, placuerit, tuâ auctoritate, patrociniòquè tuere. Vale.

Digitized by Google

APPROBATIO

FAbii Devoti V. Cl. ad Eclog. III. Virgilii *dè Cæli ſpatio in quibuſdam terris non amplius tres ulnas patente Commentarium*, *Sermonemquè dè Romana Architectura cum notis Joannis Filii* juſſu Rm̃i P. F. Thomæ Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri, diligenter legi, nihilquè me in alterutro inveniſſe teſtor, quod Orthodoxæ Religioni, boniſquè moribus diſſonum; immò quod non eleganter, dilucidè, eruditè, verèque ſcriptum eſſe videatur. Itaquè utrumque id opuſculum dignum eſſe cenſeo, quod excudi formis, vulgariquè poſſit.

Dabam in Ædib. Minervit. VI. Kal. Octob. an. 1763.

F. Thomas Maria Mamachius
Ord. Præd. Theolog. Caſanat.

IM.

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo P.M.S.P.A.

D. Archiep. Nicomed. Viceſg.

IMPRIMATUR

Fr.Th.Aug. Ricchinius M.S.P.A. Or.Pr.

Digitized by Google

SUum cuique ſæculo ingenium eſſe quis non videt? Imò & quod uni fuit in deliciis, reprobatur ab altero. Noſtrâ profectò ætate quædam diſciplinæ, aut negliguntur omninò, aut minimè coluntur, quæ ſummo in honore à ſuperioribus habebantur. Major hoc tempore eruditorum pars aſſequi antiquitatum notitiam pro virili parte conatur. Inter cæteros, qui in hac facultate eminere videntur, duos præterire nefas exiſtimo: THOMAM MARIAM videlicet MAMACHIUM Dominicanorum Familiæ immortale ornamentum, atque ANTONIUM

A Am-

Digitized by Google

Ambrosium Soc. Jesu lucidiſſimum decus. Quantum enim ille in enucleandis Eccleſiaſticis Antiquitatibus ſolidâ cum doctrinâ verſatur, tantum hic in declarandis ſummâ cum eruditione Cymeliis Kirkerianis inſudat. Quæ cum ità ſint, mihi etiam

..... tentanda via eſt, quà me quoque poſſim
Tollere humo ..... [1]

cum ad noſtrorum ſapientum opiparum convivium ex vetuſtatis penù depromptam ſymbolam, qualiſcumque ſit, afferam.

Enodandum igitur ſuſcipio ænigma, quod Damætas in Ecloga tertiâ propoſuit explicandum Menalcæ v. 104. & 105.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat Cæli ſpatium non amplius ulnas?

Re-

1 Virg. Georg. lib. 3. verſ. 8.

Digitized by Google

Reverà gryphus difficillimus eſt, in quo, ut refert Servius ex Aſconio, ſe Grammaticis crucem fixiſſe, Virgilius ipſe fatebatur. In hoc elucidando inſudarunt eruditorum plurimi: opiniones quorum ad examen revocabimus, poſtquam, in quo ænigmatum iſtorum præſtantia ſita ſit, breviter oſtenderimus.

Ænigmata, quæ Ζητήματα κυλίκεια a Polluce 6. ſegm. 108. nuncupantur, eò ferè omnia recidunt, ut ſint dè rebus notis implicatæ verborum ambagibus quæſtiones. Involucrum verò notarum vocum eò præſtantius eſt, quò clarioribus verbis ſententiam, aut rem involutam explicat: adeò ut, qui ejus ſignificationem aſſequi nequit, hebetem, & bardum ſeſe fateri cogatur. Tale fuit celeberrimum illud, quo Samſon Philiſthæos provocavit: *dè comedente exivit cibus, & dè forti egreſſa eſt dulcedo* [1]: Quod

1 Jud. cap 14.

apertiſſimum Philiſtæi eſſe cognoverunt, poſtquam ipſis à Samſonis uxore revelatum fuit arcanum. *Quid* (enim dixerunt) *melle dulcius ? Quid Leone fortius ?* His itaquè poſitis ad excutiendas Interpretum Sententias progrediamur.

Intelligendum hoc eſſe, aliqui arbitrantur dè Cælio quodam Mantuano cive, qui, poſtquam patrimonium omne dilapidavit, ſibi trium ulnarum terram ad ſepulcrum reſervaverat. Sed quamquam Salmaſio in Solinum pag. 1222. hæc interpretatio mirum in modum arrideat, mihi tamen jocularis planè videtur. Nimis enim a longè hujus decoctoris nomen petitur, quod cum Cælo æthereo confunditur. Perpendamus modò pauliſper Salmaſii explicationem, quâ attentè conſideratâ, non dubito fore, quin ejus illicò falſitas innoteſcat. Explicandum Virgilianum carmen eſſe
hoc

Digitized by Google

hoc illo pacto arbitratur: *Spatium*, ſcilicet, *loci quem ſibi Cælius ad ſepulcrum reſervaverat, non amplius patebat, quam tres ulnas*. Jam verò conari, enitiquè videtur Salmaſius, ut Virgilius ad ſuam, non item ipſe ad Virgilianam accomodetur ſententiam. Nihil enim aliud profectò vult tot à Virgilio omiſſis, ut putat, verbis, à ſe verò nullo prorſus jure, aut ratione appoſitis. Ego autem non inducor certè ad credendum, Poetam tot verba inſipienter adeò omiſiſſe, quæ intelligi nuſquam poterant. Nec juvat reponere, in ænigmatibus quibuſque veritatem ambiguis verbis eſſe occultandam. Id enim & ego ſcio, & fateor; ſed ſcio etiam, verum ità ſub iis deliteſcere debere, ut ſimplici tantum modo, alio prætereà nullo, illud deprehendatur, quod certè in Salmaſii interpretatione non obtinetur. Intelligi enim poſſet non ſpa-

Digitized by Google

tium modò, quod Cælii ſepulcrum obtinebat; ſed & ejus domus, aut locus, quem is corpore occupabat, aut aliud quid ſimile, quò cognito, Menalcas ænigma explicare poterat, & ſi non juxta Dametæ mentem, at tamen rectiſſimè.

Non deſunt, qui nodum in ſcirpo quærentes ad Ajacis clypeum confugiant, qui cum rotundus eſſet, Cæli figuram exhibebat: atque adeò ingens erat, ut tres ulnas, ideſt tres cubitos expleret. At ignoſcendum Menalcæ, ſi dimenſionem ignoraverit armorum Ajacis, qui plus minus undecim ſæculis antè ipſius ortum Trojanorum ſpicula retuderat.

Ejuſdem farinæ eſt Pomponii interpretatio, qui putat, *intelligi Cælium quemdam, cujus ſtatura tres cubitos non excedebat*; docere ſiquidem nos deberet, ubinam Scriptores de hoc Cælio commententur. Omitto apertiſſi-

Digitized by Google

tiſſimam, eamquè graviſſimam Pomponii cum Virgilio diſcrepantiam, quam, qui non illicò deprehendat, eſſe hominem arbitror neminem. Omitto verbum illud *pateat* explicari tunc congruè, aptèque non poſſe, tum difficilem, planèque ridiculam verborum ferè omnium interpretationem. Quid enim clarius, quam Virgilii verba, ex quibus apertè cognoſcitur, quæri à Damætâ locum, ex quo Cælum tres non amplius ulnas patens adſpiciatur, non hominem, uti ſentit Pomponius, cujus ſtatura tres cubitos non excederet?

Specum pariter in Sicilia poſitum, undè Proſerpina à Plutone rapta credebatur, intelligi poſſe, ut nonnulli credunt, tam à vero abludit, quam quod maximè. Oportuerat enim Virgilii tempore hanc ſpeluncam patere: dè præſenti enim Dametas verba facit.

Digitized by Google

Quam facili negocio rem expedire conatur Alciatus! Clibanum enim, cujus oſtium tres ulnas pateret, indicari opinatur. At vide quam malè ſuas tueatur partes! Hujuſmodi Clibanus in terris omnibus, non in peculiari aliqua regione reperiri poterat. Quæ verò, Deus bone! Clibanum inter, & Cælum Analogia? Flacceſcit igitur totum Alciati ſyſtema, cum vitioſo innitatur principio.

Nonnulli Ægyptum in ſcenam vocant, atquè Æthiopiam, quarum in finibus Syene urbs eſt ſub Cancri tropico poſita, quam urbem radiis tam perpendicularibus illuſtrare Sol credebatur medio æſtivi ſolſtitii die, ut nè profundiſſimo quidem in puteo, ab hoc a Philoſophis effoſſo, umbræ minimum deprehenderetur. At Sol non idem eſt, ac Cælum, & paſtorum captum notitia hæc geographica excedebat, quam eruditorum plurimi ignorabant.

Eo

Digitized by Google

Eò alii devenerunt, ut rem digitò tangere credant, cum aſſerunt, ſpatium hoc trium ulnarum pertinere ad oſtium putei, per quod Cælum conſpiciatur ab eo, qui in ipſum deſcenderit. Sed tales putei ubiquè terrarum ſunt, & non ſolum tres ulnas, verum etiam duas, quatuor &c. patere poſſunt.

Aliò deniquè abeunt Petrus Ciacconius, & Franciſcus Brocenſis Hiſpani Scriptores eruditione clari, quibus Ludovicus Cerdanus adhæret, qui Virgilianum ænigma in ſuis ad Bucolica commentariis ità explicat „ Si
„ Damætas ità quæſtionem propo-
„ ſuiſſet: Dic quibus in terris Mun-
„ dus patet per tres dies, facilis fuiſ-
„ ſet ſolutio. Nam Mundus, ut ex
„ Plutarco in vita Romuli, & aliis
„ diſcitur, in Comitio, in ipſo Ur-
„ bis centro, foſſa fuit Etruſco ritù
„ Romuli tempore facta. Foſſa hæc,

„ ut

„ ut ex Attejo Capitone Feſtus ſcri-
„ bit, tres tantum dies patebat: vi-
„ delicet poſtridiè Volcanalia; nam
„ in hoc diſcrimen invenitur: dein-
„ dè antè diem III. non. Octobris,
„ demum antè diem ſexto Idus No-
„ vembris, qui dies habebantur reli-
„ gioſiſſimi. Habes jam, foſſam eam
„ dici Mundum, & tres tantum dies
„ patere ſolitam. Procedo. Mundus
„ pro Cælo ſumitur apud Scriptores,
„ & Poetas. Plinius ità incipit: *Mun-*
„ *dum, & hoc, quod nomine alio Cæ-*
„ *lum appellari libuit*. Philo. *Mun-*
„ *dus, ſecunda ſignificatione eſt tan-*
„ *tummodò Cælum*. Cum Mundus,
„ & Cælum idem ſit, placuit Poetæ,
„ Mundi, ideſt foſſæ illius verbum
„ voce Cæli diſſimulare. Jam pro
„ tribus diebus tres ulnas dixit, ac-
„ cipiens pro menſurâ temporis, qui
„ ſunt dies, menſuram uſualem „.
Hactenus Ciacconius, ſubdit verò
Cer-

Cerdanus . „ Si quis roget , quarè
„ hanc explicationem infinitis præ-
„ tulerim , ratio eſt . Credibile eſſe,
„ Poetam in rebus Romanis verſa-
„ tiſſimum voluiſſe attingere illius
„ populi res , quod ſæpiſſimè facit
„ cum laude magna „ .

At Damætas minimè dixit : Dic quibus in terris Mundus patet per tres dies ; ſed Cæli ſpatium tres non amplius ulnas . Non igitur tranſeundum eſt à Cælo ad Mundum hunc magnum, deindè per æquivocum à Mundo hoc magno ad foſſam dictam Mundum . Vitioſum ſiquidem eſt per tres gradus ad rem ſignificatam deſcendere . Quis verò pro tribus ulnis tres dies accipiet , cum ſimili modo poſſet tres menſes , tres annos interpretari ?

Nemo igitur iſtorum mihi magnus Apollo eſt . Verum inquiet , fortaſsè aliquis , tu ne Viris illis per-

ſpi-

Digitized by Google

ſpicaciſſimis ingenioſior ? qui tuam interpretationem, ſeù mavis divinationem dicere, excogitatis hactenus præferendam contendas ? Minimè id quidem. Poſteaquam verò meam aperuero ſententiam, ſuam proferant Eruditi. Nequè Viris clariſſimis ſuccenſeo, quod mecum non ſenſerint. Etenim, quam ego reperi, explanatio, ipſis in mentem non venerat. Opportunè igitur cum Terentiano Gnatone loquar.

Si cogitaſſent idem hoc, quantò melius inveniſſent [1].

Ad noſtram itaquè deveniamus interpretationem, quod priuſquam conficiamus, præmittenda ſunt aliqua. Inter plura, quibus Majores noſtri uſi ſunt Templorum genera, ea recenſenda ſunt, quæ Hypæthra nuncupabant. Cujuſmodi verò ea fuerint, explicat Vitruvius in priore de

Ar-

1 Eunuch. Act. 3. S. 1.

Digitized by Google

Architect. lib. cap. 2. ubi de ſacrarum Ædium decore ſcribens: *decor*, inquit, *eſt emendatus operis aſpectus probatis rebus compoſiti cum auctoritate. Is perficitur ſtatione, quæ græcè* Θεματισμός *dicitur, ſeu conſuetudine, aut natura. Statione cum Jovi, fulguri, & Cælo, & Soli, & Lunæ ædificia ſub divo, hypætraquè conſtituuntur. Horum enim Deorum & ſpecies, & effectus in aperto Mundo, atquè lucenti præſentes videmus*. Et lib. 3. cap. 1. *Hypæthros decaſtylos eſt in pronao, & poſtico, reliqua omnia eadem habent, quæ dyptheros; ſed interiori parte columnas in altitudine duplices remotas à parietibus ad circuitionem, ut porticus periſtyliorum. Medium autem ſub divo, & ſinè tecto, adituſquè valvarum ex utraque parte in pronao, & poſtico*. Octaſtylon verò hujuſmodi fuiſſe Athenis in templo Jovis Olympii commemorat. Quin etiam

tem-

templa Apollinis Lycienſis , ut eſt apud Sophoclem, & Martis , ut Apollonius narrat, ſubdialia fuiſſe, hoc eſt hypæthra, rectè eſt a Marliano in 5. Topographiæ Urbis Romæ cap. 8. animadverſum.

Alia tamen templorum hypæthrorum ità conſtructa fuerunt, ſicuti à Vitruvio deſcribuntur : alia verò fornicata quidem erant ; ſed cum in ſummâ parte non tegerentur, ac proptereà ſub dio in aliquâ eſſent parte , hypæthra quoquè nuncupari merentur. Itaquè Alexander Donatus in tertio dè Urbe Roma libro cap. 16. dè Pantheo à M. Agrippa conſtituto diſputans : *Philander* , inquit, *hypæthron negat eſſe , ſed quia supernè non tegitur , & verè ſub dio eſt , non video , cur Agrippa* [quem Donatus credebat auctorem Panthei] *Jovis Olympici ædem hypæthram Jovi conſtitueret . Alia templa, dè quibus ibi Philander*

lander nudo ne , an tecto foramine lumen acciperent , non conſtat . Non diſcrepat à Donato Salmaſius . Tomo enim altero Plinianarum exercit. in Solini Polyhiſtora pag. 802. edit. Traject. *Sed eo, quod ſine tecto eſt*, ait, *& foramine aperto patet , Templum etiam dicitur . Sophocles* σηκὸν ἀκολυφῆ *vocat* . Qui ſacrarum ædium formas in ſummo vertice patentium inſpicere velit , earum exempla reperiet apud Sebaſtianum Serlium Architect. lib. 3. pag. 27. ſeqq. & Montfauconium Antiquit. Explicatarum Tom. 2. part. 1. tab. 18. ſeqq. pag. 102. ſeqq. Olaum Rudbeckium tom. 1. Athlanticorum pag. 247. ſeqq. Jacobum Sponium Itiner. tom. 2. pag. 28. , & 36. Perizonium pag. 248. ad Æliani varias lectiones , & Nicolaum Begierum lib. 5. ſect. 8. dè Publicis , & Militaribus viis tom. 5. Theſauri Græviani Antiquit. Roman. tab. ad pag. 560. lit. Q, & tabul.

Digitized by Google

bul. ad pag. 544. lib. 4. ſect. 49. edit. Lugdun. Batav. anno 1699. & Hunfridum Pridæum in adnotat. ad Marmora Oxonienſia pag. 119. ſeqq. edit. Oxon. anni 1676. ut cæteros prætermittam, quorum non exiguum eſſe numerum video.

Multa hujus formæ templa Romæ fuiſſe, animadvertit Georgius Fabricius in Deſcript. Urbis Romæ cap. x. ubi dè Concordiæ templo differens, ità ſcribit: *Alia ſunt circulari formâ ſinè columnis, ſinè contignatione, ſinè feneſtris ſphærico foramine in tecti medio lucem præbente, quorum præcipuum, & ampliſſimum S. Mariæ Rotundæ, & poſt illud S. Mariæ dè Gratia, item SS. Coſmæ, & Damiani, & S. Stephani in Foro Boario, S. Theodori*. Superiore autem capite dixerat, Veſtæ olim, quod nunc vocatur S. Mariæ dè Gratia: Romulo ab Ethnicis, quod poſt à Chriſtianis in honorem

S. Theo-

S. Theodori : rurſum Romulo , & Remo , quod indè à noſtris in memoriam SS.Coſmæ , & Damiani : poſtremò, quod in Foro Boario eſt, immortali , veroquè Deo conſecratum, olim à ſuperſtitioſis inanium Deorum cultoribus fuiſſe aut Veſtæ , aut Auroræ , aut Matutæ , aut Dianæ dicatum : nam varias Scriptorum eâ de re eſſe , interquè ſe diſſidentes ſententias .

Donatus idem , quem paulò antè laudavimus , in tertio dè Urbe Roma lib. cap. 16. *Aliquam* , inquit , *Religionem antiquis* [Ethnicis] *fuiſſe* , *nè aliqua parte templorum tecta continuarent* . Ego verò ex alia etiam ratione id factum fuiſſe exiſtimaverim . Quotidiè à ſacrificulis thura , libamenta , victimæquè Diis illis mendacibus comburebantur : quarè niſi per patentem fornicem fumus erumperet , ex tetrâ , craſsâquè nebulâ adſtantium omnium oculi caligaviſſent .

Aliquam ex hujuſmodi ædibus hypæthris in mente habuiſſe Damætam ſuſpicor: quandoquidem, quæ ab eo requiruntur, in hujuſmodi ædificia perbellè quadrant. Fingamus nos in hypæthro loco poſitos tegi fornice, quem patentem efficiat rotunda feneſtra tres ulnas lata; ac nos infernè ſurſum Cælum reſpicere: quis non videt, nobis non patere magis Cæli aſpectum, quam tres propè ulnas? Si talem igitur extitiſſe locum oſtendam eo, quo Ecloga hæc elucubrata fuit, tempore, rem confecero. Age verò rem preſſius aggrediamur.

Principio ſic exiſtimo, terram, ex qua trium ulnarum Cælum conſpiceretur, Romam fuiſſe, ubi templum erat, quod adhuc manet, & Pantheum appellabatur. Rotunda hujus templi moles fornicata eſt, cumque nulla ei ſit feneſtra, per quam lumen accipiat, in ſummo ſphæricum

fora-

foramen habet, per quod lux in templum intromittitur.

Scio equidem plura contra hanc opinionem opponi poſſe. Ac primò Ecloga hæc ſcripta creditur ann. ab V.C. 715. quod ex verſibus ſeqq. 84. ſuſpicari poſſumus:

Dam. *Pollio amat noſtram, quamvis ſit ruſtica, muſam:*
Pierides vitulam lectori paſcite veſtro.
Men. *Pollio & ipſe facit nova carmina: paſcite taurum,*
Jam cornù petat, & pedibus, qui ſpargat arenam.

Ità ſanè Ruæus in Virgilii vitâ per Conſules digeſta opinatur. Referri enim hos verſus, ait, ad Pollionis triumphum dè Parthinis, qui VIII. Kalendas Novembris incidit, L. Marco Cenſorino, Cajo Calvitio Coſs. Vitula enim, & taurus ad triumphalia ſacrificia pertinebant. Pantheum verò poſt duodecim annos ab Agrippa conditum

Digitized by Google

eſt: an. ſcilicet V. C. 727. Cajo Cæſare Octaviano ſeptimum, Marco Vipſanio Agrippa Coſs., ut docet cubitalis inſcriptio in fronte porticus:

M. AGRIPPA . L. F. CONSUL. TERTIUM. FECIT.

Profectò ſi M. Agrippa templi fuiſſet conditor, actum dè meâ ſententiã eſſet; nulla enim tunc mentio illius foraminis in hac Ecloga fieri poſſet, cum duodecim poſt annos id templum extructum fuiſſet. Sed Pantheum centum circiter octoginta annis extitit antè Agrippam. Non fruſtrà Dio Caſſius lib. 53. dum inquit, Pantheum quoquè perfecit Agrippa, utitur voce ἐξεπέλεσε, quæ vox perficere ſignificat, non inchoare. Primum Panthei conditorem fuiſſe ſuſpicor Cornelium Scipionem Naſicam circà annum V. C. 555. ex manubiis Carthaginienſium ſecundo bello punico ſubactorum. Poſtquam enim ipſe Cybelem

belem Deam Peſſinunte Romam advenientem hoſpitio excepiſſet :
Hoſtis ut Auſoniis diſcederet advena terris[1]
Marco Cornelio Cethego , Publio Sempronio Tuditano Coſs., eamquè in Ædem Victoriæ[2], quæ in palatio erat, pertuliſſet, domitiſquè Pœnis, Deæ, cui ſe victoriam debere profitebantur Quirites, credibile eſt, fuiſſe ab eo in Campo Martio extructum templum, quantum ea ferebant tempora, magnificentiſſimum. Quod à Naſicæ uſquè ætate Ædes hæc ſacra conſtructa fuerit, docet Valerius Maximus, cum ait[3]: *Quod Quintæ Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi Matris Deorum poſita, bis eâ Æde incendio conſumptâ, prius Publio Naſica Scipione, & Lucio Beſtia, item Marco Servilio, & Lucio Lamia Conſulibus in ſua baſi flammis intacta ſtetit.* Dè Claudia loquitur

1 Silius Italicus lib. 17.
2 Livius Dec. 3. lib. 9.
3 Lib. 1. cap. 8. num. 11.

tur illâ, quæ alligatum zonâ ſuâ navigium ſimulacro Deæ onuſtum traxit in Urbem, quò inferri vi qualibet nequibat, cum in vado Tyberino hæſiſſet [1]. Quod verò hoc templum ipſum ipſiſſimum ſit, quod Cybeli Deæ dicatum fuit, in ejuſdem capite antiqui operis, & ſaxi, cum duobus piſcibus [2] in muro ejuſdem incluſo ſatis ſuperquè conſpicitur. Præterea cum Cybeles eadem ſit, ac Veſta, ſub cujus nomine globus terraqueus colebatur, rotunda templi figura, qualem hoc exhibet, ipſi apprimè conveniebat [3]. Inſuper antè Conſulatum tertium Agrippæ ſatis apertè docet Pantheum extitiſſe Macrobius, cum dè luxù Cleopatræ poſtremæ Ægypti Reginæ diſſerens ait [4]:

Ipſe

1 Silius lib. eodem.

2 Georgius Fabricius libello, cui titulus Roma in templo Jovis Ultoris.

3 Leo Baptiſta Abertus de Re ædificatoria lib. 7. cap. 3.

4 Saturnalium lib. 3. cap. 17.

Digitized by Google

Ipſe autem unio, cujus magnitudinis fuerit, indè colligi poterat: quod qui ſuperfuit poſteà victâ Reginâ, & captâ Ægypto, Romam delatus, diſſectuſquè eſt, & factæ ex unâ margaritâ duæ, impoſitæquè ſimulacro Veneris, ut monſtruoſæ magnitudinis in templo, quod Pantheum dicitur. Quod biennio antè conſulatum tertium Agrippæ accidit, ſcilicet Urbis conditæ 725. Cajo Cæſare Octaviano quintum, ſexto Apulejo Coſs.

Duplicem igitur conditorem Pantheum habuit: primum videlicet Scipionem Naſicam peractò ſecundo bello Punico, qui eam conſtrui curavit ædem, quæ maximè Deæ Berecyntiæ conveniebat, eaquè ornatù carebat omni: quippè totum templum nihil aliud erat, quam rotunda moles, tecta teſtudine perforatâ, & octo magnis pilis innixa. Quod genus ædificiorum ab Etruſcis accepiſſe Ro-

Digitized by Google

manos, videtur innuere Marcus Varro, ubi ait: *Cavum ædium dictum, qui locus tectus intrà parietes relinquebatur patulus, qui eſſet ad communem omnium uſum. In hoc locus ſi nullus relictus erat, ſub divo qui eſſet, dicebatur teſtudo, à teſtudinis ſimilitudine, ut eſt in Prætorio, in Caſtris. Si relictum erat in medio, ut lucem caperet deorſum, quò impluebat, impluvium dictum, & ſurſum, quà compluebat, compluvium: utrumque à pluvia Tuſcanicum dictum à Tuſcis, poſteaquam illorum cavum Ædium ſimulare cœperunt* [1].

Rudis, ac ſuperſtitioſa vetuſtas aperta penitus Diis ſuis delubra tollebat; quale illud eſt, quod ſuperiore ſæculo ad Lacum Gabinum inviſit oculatiſſimus Vir Joannes Ciampinus [2], cum amicis doctiſſimis Emanuele Schelestra-

1 De lingua Latina lib. 4.
2 Joannes Ciampinus Vet. Mon. cap. 1.

leſtrate, Raphaele Fabretto, & Franciſco Blanchino, cujus figura eſt parallelogramma. Parietes ex Gabino lapide quadrilatero concinnati, nullo gravantur tecto; portæ locum ſupplet perpendicularis hiatus. Majorem Architecturæ notionem nacti Veteres templa operire cœperunt, Cæliquè naturam imitati, rotundis delectati ſunt juxtà Vitruvium lib. 4. capit. 7. Sed aſpectus Cæli obliviſci non poterant: cum enim perfecta ibi Dei opera videant homines, fit ità, ut ibi quoquè D. O. M., omneſquè puriores ſpiritus habitare credant. Idcircò ſecunda, ut ità dixerim, architecturæ ætas fornicata quidem, ſed perforata templa exædificavit. Inter hæc recenſendum eſt Pantheum, dè quo diſſerimus, cujus faſtigium lateritium adhuc ſuprà marmoream Vipſani Agrippæ porticum conſpicitur; ſed tot, tantaquè huic Templo addi-

addidit hic Cæſaris Auguſti gener, ut meritò alter ejus conditor dici poſſit: quippe columnas ex marmore Tapſio addidit Corinthias, & cætera marmorea ornamenta, quorum plurima deſiderantur, aliqua ſuperſunt. Nec interioris ædis ornatù contentus, frontem ejus decoravit porticù ſexdecim ſuffulta columnis Corinthiacis ex lapide Numidico, trabibuſquè, & tigillis æneis: tecta verò tegulis ex argento, atquè ære lamellis aureis imbuto; ad quod opus perficiendum Diogenis Athenienſis Architecti induſtriam adhibuit. Primigenium itaquè templum à Scipione Naſica dicatum fuit Cybeli: ſecundum, à M. Agrippa Jovi Ultori [1], quem Caii Julii Cæſaris cædem ultum eſſe ille arbitrabatur.

Secundò opponi poteſt foraminis diameter, qui tres ulnas quammaximè

1 Plinius lib.36. cap.15.

mè excedit : ulna ſiquidem, uti Suetonio placet, idem eſt, ac cubitus: quam dimenſionem, penè eâdem retenta voce *aulne*, retinent hodiè Galli, & Belgæ. Sed quod Suetonio placet, Servio, Plinio, & aliis, quibus ulna dimenſio eſt à digito medio dexteræ manus ad ſimilem ſiniſtræ in homine, qui gemina expanderit brachia, non arridet. Guillelmus Budæus præ cæteris audiendus in adnotationibus ad Pandectas in lege ultimâ *ſi menſor fal. mod. dix.* „ Orgya, inquit, ſecundum Herodotum ſex pedum eſt. Theodorus ex Ariſtotele interdum paſſum vertit, & Laurentius ubiquè ex Herodoto, interdum tres paſſus „. Suidas: Ὀργυά φησι τὸ μετὰ τῶν ἰδίων χειρῶν μέτρου: Orgya ſcilicet menſura eſt, quæ inter manus expanſas continetur: vulgò *braſſa* dicitur, quaſi amplexus . . . . . Plinius ulnam appellat

lib. 16.

lib. 16. *Arboris*, inquit, *craſſitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat*.

In hoc eſt igitur Damætæ luſus, ut ulnæ voce, quæ æquivoca erat, Menalcam deciperet. Cum enim magis vulgata hujus vocis acceptio eſſet ad ſignificandum cubitum, faciliori negotio hæc in Paſtoris mentem veniebat, quam altera, quæ menſuram brachiorum expanſorum indicabat.

Sed quamvis in latiori hac ſignificatione accipiatur ulna, non videtur aptè prorſus quadrare in diametralem dimenſionem ampliſſimi hujus foraminis, cujus diameter juxta Serlium eſt palmorum $36\frac{1}{3}$, juxtà Palladium verò pedum Vicetinorum $22\frac{1}{4}$, qui palmis $36\frac{1}{18}$ Romanis reſpondent. At cum ulnæ in latiori ſignificatione aſſignari nequeant plus quam octo palmi, à tribus ulnis viginti quatuor, non

non triginta ſex obtinebimus. Tertiam veræ dimenſionis partem foraminis deeſſe fateor; at obſervandum eſt, Damætam tantum dicere: *tres pateat ulnas*: ideſt Cæli ſpatium majus, quam tres ulnas non appareat. Et re quidem verâ quæſitas terras, in quibus id accidit, eſſe Panthei pavimentum, non injuriâ dicam. Siquis enim ex eo ſurſum Cælum aſpiciet, non amplius, quam tres ulnas patere Cælum profitebitur: cum ex tantâ intercapedine inter Spectatoris oculum, & altiſſimum foramen tertia pars latitudinis intercipiatur.

Quod ſi quis mihi crimini tribuat, quod Mantuanum Poetam dè Romanis rebus loquutum exiſtimem, repetam ea, quæ ſuprà ex Cerdano innui: Scilicet in Romanis rebus verſatiſſimum Virgilium ejus Populi res attingere voluiſſe, quod ſæpè facit cum laude magnâ. Nec ſemel hic reſpexit ad

Digitized by Google

ad Pantheum; ſed ſi Georgio Fabricio fides adhibenda eſt, antè ſuos præſertim oculos ejuſdem imago obverſabatur, cum templum, quod Dido Carthagine moliebatur, deſcribens, ait Æneid. lib. 1. verſ. 448. & 449.

Ærea, cui gradibus ſurgebant limina, nexaquè
Ære trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Quæ apprimè conveniunt Pantheo, poſtquam ſplendidiſſimis à Marco Agrippa locupletatum fuit ornamentis. Nemo enim ignorat, Virgilium ad Æneida manus poſt Conſulatum Agrippæ tertium admoviſſe. Si moroſior verò aliquis Cenſor adhuc exigat à me menſuram foraminis, quæ propius tribus ulnis reſpondeat, quam ea, quæ à nobis in Pantheo indicata eſt, hoc tantum extorquere poterit, ut aliud huic ſubſtituam foramen, quale in templi Romuli fornice fuit, atquè in aliis, quæ cum anguſtiora fuerint,

tres

Digitized by Google

tres ulnas tantummodò non excedebant.

Sed cum triumphum Aſinii Pollionis indicari, dèque vitulâ, tauroquè in Capitolino templo Jovi offerendis agi hac in Eclogâ à Virgilio dixerim, ſuſpicari etiam poſſem, Damætam ænigmate illo ſuo ad ædem ipſam Jovis Capitolini ſpectaſſe, in quâ item ara Termini erat, [„ Servius enim „ lib. 9. in Capitolio, inquit, ſuprema pars tecti patet, quæ lapidem „ ipſum ſpectat: nam Termino non „ niſi ſub divo ſacrificabatur „] niſi animadverterem ab Ovidio, foramen illud nuncupari exiguum: ait enim.

Terminus, ut veteres memorant, conventus in æde
Reſtitit, & magno cum Jove templa tenet
Nunc quoquè ſe ſuprà, nè quid, niſi Sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent [1].

Trium

1 Lib. 2. Faſt. verſu 3. & ſeq.

Trium igitur ulnarum ſpatium implere non poterat : quippè ſi in minori menſurâ nomen ulnæ accipiatur , vix lucem poterat immittere in templum , Sin majoris dimenſionis ſignificatione , dici quidem non debuerat exiguum .

Si quis deniquè ad aliud quodpiam Romanum Templum ex 424. illis , quæ ex vetere notitia Imperii Henricus Kippingius Antiquit. Rom. p. 149. numerat , reſpexiſſe Damætam velit , non equidem repugnabo : Atquè eorum templorum quædam fuiſſe , quorum ſumma faſtigia paterent , quæquè propterea ſubdialia vocarentur , ſuprà animadverti , è quorum numero illud fuiſſe Marangonius [1] arbitratur , in cujus pavimento ſub foramine ipſo tecti lapis fuerit , quem vulgus *la Bocca della verità* , ſeu os veritatis appellat . Nam rotundum hunc lapidem

1 Riti Gentileſchi traſferiti ad uſo de'Criſtiani .

dem, cujus eſt diameter ulnarum ferè trium (in arctiori tamen ſignificatione) idcircò perforatum credit, ut aquæ pluviæ, quæ in templum, quà patens erat, decidebant, exceptæ indè in cloacam influerent. Non eſt autem, cur quiſquam nobis Vitruvium opponat, ætate Auguſti Cæſaris, qua vixit, hypæthra templa Romæ ulla unquam fuiſſe negantem lib.3.cap.1. Nam is hypæthra decaſtyla, quæ in medio ſinè tecto eſſent, qualia ibi deſcribit, ulla fuiſſe Romæ negat: hypethra verò, quæ decaſtyla non eſſent, quæquè in ſummo tecto paterent, qualia non deſcribit, aliqua fuiſſe Romæ nuſquam negat. Quâ ex re intelligitur, nihil hunc Vitruvii locum obſtare, quominus Pantheon, quod Agrippæ dicitur, multò etiam antè, quam idem Vitruvius natus eſſet, ab Ethnicis dicatum fuiſſe exiſtimemus. Et ſi enim hypæthron eſt, non eſt ta-

 men

men ex eorum genere, quorum ut oſtendimus, nullum is auctor Romæ ſua ætate fuiſſe monet.

Quæ cum ità ſeſe habeant, finem hic ſcribendi faciam, cum ſatis dè Virgiliano Ænigmate opinionem explicaſſe ipſe meam, nihilquè omiſiſſe putem, niſi mea me fallit opinio, quod ad adverſariorum ſententias diluendas, confirmandamquè meam conducere poſſe arbitrarer. Quod ſi qui ſunt, quibus hæc planè non arrideat, obſecro, ut conſiderent, ſi Maro reviviſceret, nihil futurum fuiſſe ejus loci interpretationibus certè opus, aut litibus. Sed cum id obtineri nequeat, noſtrum eſt elaborare, eniti, eaquè excogitare, quæ ſimillima veri videantur, quibuſquè ejus mentem interpretari, penèque aſſequi poſſimus. Cæterum Lectoris, cujus judicium relinquo integrum, ac liberum, debet eſſe proprium, ut conſideratis aliorum in-

Digitized by Google

interpretationibus , conſideratâ item meâ , quæ tandem ex iis verum præ ſe magis ferat , quæ minus gravibus urgeatur difficultatibus , quæ demum cæteris anteferenda ſit , pro ſententiâ ſuâ liberè , verèque dijudicet . Intereà jus meum perſequar . In meâ manebo ſententiâ , quoad quiſquam interpretationem attulerit meliorem , quæquè propius ad veritatem accedere videatur . Dum autem expecto , quid alii producturi ſint , peto , an Damætæ interroganti reſpondere Menalcæ licuiſſet :

Ingredere in templum, quod habet Berecynthia Romæ :
Cælum ibi ab impluvio ternas arctatur ad ulnas .

FINIS

Digitized by Google

Digitized by Google

FABII DEVOTI

DE

ROMANA ARCHITECTURA

SERMO

CUM NOTIS

JOANNIS FILII

Digitized by Google

Inſequimur vitium : vitioſo parcimus ; ergò
Si doleas , tu te judice , pravus eris .

Digitized by Google

EN iterum (1), Nerinæ, tuo mihi nomine famam
Aucupor: inſcriptum fuerit Tibi quicquid, habere
In ſe aliquid, ſummâ excipiendum laude putatur.
Non etenim ad Procerum mittenda cucurbita menſas,
Non olus inſipidum, aut vervex, ranæquè paluſtres:
Magnis magna placent, & doctis docta probantur.
At miſſa hæc faciens, ad Te, qui tam benè noſti
Romanæ majeſtatis monumenta ſuperba,
Cænobiumquè tuum, Templumquè ætate fatiſcens
Reſtituis ſplendore novo (2), moduliſquè vetuſtis (3),
Scribo, mihi ignoto, quæ nuper ab hoſpite dicta;
Sed certè ſapiente viro, doctoquè, fuerunt:
Quò magis ipſe Tibi placeas, Tibi Romaquè plaudat.
Quodam fortè die cum causâ Relligionis
Me Lateranenſem conferrem ſolus in Ædem,
E' Capitolini (4) deſcendens culmine clivi
Proſpexi longè Peregrinum, qui ſatis arcum (5)
Septimii admiratus, ad oppoſitum (6) properabat,
Qui memorat noſtro Judæos Marte ſubactos.
Plura viâ Sacrâ (7) ſed euntem ſæpè morantur:
Scilicet ille lacus (8), qui potum præbet abundè
Venali pecori: Fauſtinæ (9) fana: Palatî (10)
Relliquiæ: ſtanteſquè ſuâ tres mole columnæ (11).
Metitus Templum triplici dè fornice Pacis (12),
Sudantem metam (13), Conſtantiniquè trophæum (14)

Digitized by Google

Spectavit, ſed ceù quadam torpedine captus
Antè Coloſſeum (15) admirabundo ſtetit ore.
Ponè ſequebar ego, tacito cui viſcera riſù
Intereà tentabantur, nequè noſſe valebam,
Quidnam ruderibus tam delectabile in illis
Advena comperiat: cum ſtaret at ille, nec ullam
Ipſe moram facerem, prætergredior; ſed amicis
Reſpiciens oculis, dixi: Hoſpes mî bone, ſalve.
Salvus, & ipſe ſies, reſpondit protinus hoſpes.
Advena, an indigena es? Me natum hac aſſero in Urbe:
Ille hilari vultù: Fortunatiſſime, clamat,
Cui licet hæc inter generoſam ducere vitam.
Hoſpitis ipſe manù prenſâ mihi gratulor, Urbi
Atquè meæ, dixi, quod vobis iſta probentur
Saltem alienigenis: cum nos dulcedine nullâ
Hæc eadem afficiant, facimus nequè fragmina tanti,
Squallorem, atque ſitum & minitantia ſaxa ruinam;
Ut minus oblectent nova nos, concinna, venuſta,
Candida, quæ noſtri Artifices hoc tempore condunt.
Hæc primum ſpectata tibi fortaſsè placebunt
Rudera, ſed poſtquam bis, tervè adſpexeris, idem
Tu ſi prætereas, ſuper hæc nequè lumina tolles.
Tunc Peregrinus ait: vidi hæc ego veſtra novella
Vermiculata (16) quidem gypſo, rutilantia cruſtis
Marmoreis, onerata magis, quam ornata ſuperbà
Congerie ornamentorum, diſtorta, recurva;
Sed quæ judicio artifices teſtentur egenos,
Ignaros pulchri, nequè gnaros inveniendi:
Quæque docent animos, & opes cecidiſſe latinas;
Interitura brevi, ac tenui compagine ſtructa.
Talia, qui loqueris, mihi doctior eſſe videris,
Quam modò credideram, reſpondi: ſed nimium te
Suſpicor in Veterum ingeniis, atquè arte probandâ.

Com-

Commodius nunc ædificant, & cultius ædes
Privatas, auſuquè novo ſublimibus augent
Fana tholis (17); *modico quæ vix ars priſca tegebat*
Fornice: templorum varias nunc adſpice frontes,
Quas modò porticibus norat decorare Vetuſtas.
Dum loquimur lentis vocem ſimul alternantes
Paſſibus, in medium devenimus Amphiteatrum (18).
Conſtitit Hoſpes ibi, & digito faſtigia (19) *monſtrans,*
Semirutoſquè gradus (20), *Equitum ſubſellia* (21), *fracti*
Relliquias Podii(22),*Cuneos*(23),*Vomitoria*(24),*ſcalas*(25)
Et caveas (26) *circum clauſas: hæc conſpice, dixit,*
Tam varia, ac tam grandia; eâ compacta ſed arte,
Ut credas uno (27) *conſtare hæc omnia ſaxo.*
Illuc tolle oculos, nutantia culmina cernis?
Marmora jam timeas ruitura, fugamquè parabis:
Nè metuas, proprio (28) *librantur pondere, nuper*
Bis tremuit tellus, tamen illa immota ſteterunt.
Quamquam barbarico toties quaſſata furore
Debuerat campum vaſtâ ſepelire ruinâ,
Tota hæc tercentis moles ſtetit integra luſtris (29);
Et quam non potuere diù tot frangere ſoles,
Fregit avarities, & iniquum deniquè ferrum (30).
Tantumdemne novis promittere molibus audes
Ætatis, quæ ſæpè manum, ingeniumquè fabrorum
Exercent, rimas ducunt, & fulcra requirunt?
Hoc ſolidum, hoc ſtabile eſt, Veterum quod rudera ſervant
Quam nova noſtra magis: ſiquidem novere Priores
Principium, & fundamentum eſſe hoc ædificandi.
Conanti ad centrum (31) *gravitati materiei*
Continuus paries (32), *rectuſvè opponitur arcus,*
Ponderis oppoſiti (33) *vires qui flectit utrinquè,*
In ſolidum (34) *vacuo, quod non frangatur ab ullo.*
Sic ſtruxere Patres; at noſtra audacior ætas

Im-

Improprio locat oſſa (35) loco nutantia muri,
Aereo credens malè pondera fundamento (36):
Hinc nondum perfecta domus, quandoquè fatiſcit.
En age ad ornatum, quò pulchri forma creatur,
Advortas animum: viden' hic, ut membra viciſſim
Singula reſpondent reliquis (37), ornantur, & ornant?
Inferius graviora vides (38), leviora ſupernè?
Cum nihil hic ſit, quod deſit, nihil eſt, quod abundet.
Ornandi hæc ratio tibi nonne venuſtior eſt, quam
Altera, quæ minimis committit maxima, nugas
Molibus imponit vaſtis, oſcilla, racemos,
Atquè intermediis rapienda emblemata (39) ab auris?
Sic noſtri ædificant, reſpondeo: protinus ille
Excipit, haud ſemper; video quià plurima formis
Condita hyperboreis (40). Romæ nil rarius eſt nunc,
Quam quod Romanum ſincerè dicere poſſis;
Quandoquidem fatuis ſapientia ſordet Avorum,
Regnat, & effrænis ſine lege lubido novandi:
Sum Romanus ego, ſed me mea ſors peregrinum
Reddidit, in patriamquè revertor identidem, ut hujus
Adſpectù ingenium, mores, oculoſquè reformem.
Deteriora alibi ſunt omnia, quæ mala Romæ.
Romanum te ſermo tuus mihi prodidit, inquam,
Ingeniumquè ſagax, gravitaſquè: at non video, cur
Hæc nova noſtra ſimul damnes, cupidèquè reviſas.
Ille autem: præter Veterum monumenta, videre eſt
Romæ etiam nonnulla novis conſtructa magiſtris,
Quæ mirarentur Veteres, ſi cernere poſſent.
Prætereo PETRIQUE' *tholum (41), aereumquè lacunar (42),*
Atquè Peryſtilium (43): Tarpejam mitto plateam (44):
Fontis Agonalis (45) nolo memorare Coloſſos,
Cum vetera hæc eſſe incipiant; ſed noſtra quoque ætas
Quò celebretur, habet. Quoties me confero fontem

Ad

Digitized by Google

Ad Trivium (46), toties Auguſti vivere ſæclo
Ipſe mihi videor. Nam quid ſperaveris illo
Ornatum, ſolidumquè magis? ſibi conſona quæque
Magnificum ſimul efficiunt opus, atquè venuſtum.
Mille ſuper ſcopulis frondoſo gramine amictis,
Fronte columnatâ, loculiſquè hinc indè cavatis,
Ardua conſurgit moles: ſimulacra coronant
Verticis aerei tractus: anaglypta vetuſto
Sculpta opere inferius ſtant multis aſpera ſignis:
Ima tenent magnâ cum majeſtate Coloſſi.
Influit, ac refluit, coit hinc, iterumquè reſultat,
Deſcendens rauco fremitù per ſaxa, per herbas
Marmoreum ad labrum fractarum luſus aquarum:
Atquè opere in tanto nihil eſt, quod ineptiat uſquam.
Ille vetuſtatem fons, ingeniumquè latinum
Exhibet egregiè, quià cuncta ibi congrua, & ampla.
Romanum quid enim eſt? niſi quod ſublime, decorum,
Nobile, & ornatù non luxuriante coruſcat.
Quod nequeant æquare alii, admirentur, at omnes:
Parva etiam magnis ſi conſtent partibus (47), ac nil
In ſe contineant, quo debent ritè carere,
Adnumeres verè magnis, Romanaquè dicas.
Quæ verò noſtrum ædificando excogitat ævum,
Atquè à principiis Veterum deduxerit, altis
Plauſibus excipias: proprio deſumpta cerebro
Si quandò extulerit, riſum tibi ſæpè movebunt.
Commoda neglexere Patres (48), queis mollior ætas
Noſtra ſtudet, fateor, nec ob id damnabitur à me:
Hos autem artifices, quibus eſt laus unica multum
Aeris, & campi tricis implere recurvis,
Arbitror ad noſtra mittendos ima Cloacæ (49),
Ut paſſus, oculoſquè diù ampla per antra ferentes,
Qualis Romulidas decet ædificatio, diſcant.

Digitized by Google

Hæc inter ſuperamus iter: Laterana loquentes
  Regia (50) nos excepit: ibi disjungimur, hoſpes
  Ivit ad Exquilias (51), tenuit me Cæliolus mons (52).
Si quis cæcutiat lippus, radioſquè colorum
  Per pupillarum ductus nequit excipere in ſe,
  Imbelles oculos vitreis ubi lentibus armet,
  Partes objectæ minimas videt illicò formæ,
  Atquè ab equis aſinos diſcriminat, à cane vulpem.
  Sic ego, qui quantum differret ab Ædibus ædes (53),
  Vix nuper noram doctrinis Hoſpitis auctus,
  Acrius intueor, quid peccent ſingula, rimor:
  Ædificatores rigidis libro lancibus omnes;
  Ac ſcio, quos laudem, nequè neſcio, quos reprehendam.
  Nec peccare mihi videor, quià temporis utor
  Moribus, ingenioquè mei, quo lexica noſtri
  Percurrunt juvenes, aliquotquè vocabula diſcunt,
  Quæ ſibi quælibet ars tamquam ſacra myſtica (54) celat:
  Hoc ſatis eſt, ut in artifices graſſentur, amari
  Perſonam cenſoris agant: nova quæque, venuſta,
  Grandia, parva ſimul, tum ſacra, prophanaquè damnant;
  Sæpè ſed immeritos crepitanti laude coronant.
  Miratur ſtolidum vulgus, ridentquè periti.

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ

(1) Jamdiù auctor Epiſtolam metro ſcriptam ad V. Cl. miſerat: Dè Templo, & Cœnobio Sanctorum Bonifacii, & Alexii, quæ typis Heredum Jo. Laurentii Barbiellini in Foro Paſquilli anno 1752. impreſſa legitur in hiſtoria eorumdem Templi, & Cœnobii ab eodem doctiſſimo, ac Rmo P. Abbate ſummâ cum eruditione criticè, elegantiſſimèquè deſcripta.

(2) Viſenda quidem Eccleſia, ac Monaſterium, ut quiſque intelligat, quantum nitoris ſacris Ædificiis tribui poſſit.

(3) Studio venuſtatis, non tamen à ſeverioribus Architecturæ legibus diſceſſum eſt.

(4) Domo diſcedens Auctor, quæ in Campo Martio ſita eſt, nequibat ad Lateranum pergere, niſi per Capitolinam aream tranſiret, in quâ equeſtris M. Aurelii, ſeù Lucii Veri, vel, ut aliis placet, Septimj Severi ſtatua conſpicitur. Mons hic Saturnius olim dictus ab Incola Saturno, ut docet Arnobius lib. 6. contrà gentes à capite cujùſdam Oli ibidem effoſſo nomen accepit.

(5) In Capitolii radicibus L. Septimj Severi arcus conſpicitur, quem ipſi S. P. Q. R. erexit ob victorias ab eo relatas contrà Parthos, Arabas, Adjamenos: profligatis, interfectiſquè Piſcennio Nigro, & Claudio Albino, qui imperium ſibi uſurpaverant. Dimenſionem hujus arcus refert Sebaſtianus Serlius *in 3. de Architectura lib.* Non contemnenda omninò videtur Marliani, Panvinii, ac Nardini opinio, qui putant poſt mortem Severi ex cubitali, quæ in arcus fronte viſitur, inſcriptione, deleta fuiſſe operâ Antonini Caracallæ verba hæc: O. P. *Septimio Getæ Nobiliſſimo Cæſari O. P.* & in eorum locum alia ſubſtituta, quæ hodiè quoquè habentur: *Optimis Fortiſſimiſquè Principibus* ob odium, quod Caracallam inter, Getamquè

quė ejus fratrem intercedebat. Et reverà Getæ nomen ex omnibus monumentis operâ Caracallæ deletum fuiſſe ex Spartiano deprehendimus.

(6) Severiano opponitur Titi arcus, ob Judæos ab hoc domitos, Urbemquė Hieroſolymam deletam erectus, ut in inſcriptione legitur, quæ à Fauno utpotė ſuis reperta temporibus refertur, quamquė in arcus fronte extitiſſe non injuriâ conjectari poteſt. Immo certò certius nonnulli arbitrantur eſſe, quod ea, quæ hodiė extat inſcriptio, poſt Titi mortem poſita ſit, cum in ea Divi titulus legatur, quem poſt eorum tantum mortem Imperatoribus tributum clariſſimė conſtat.

(7) Ab eo circiter ſitù, ubi eſt arcus Septimj Severi, initium habebat Via ſacra, rectâquė progrediens in plateam Amphiteatri Flavii producebatur, ubi etiam deſinebat. Sacra autem ideò dicta fuit, ſeù quod in ea fœdus ictum ſit inter Romulum, & Tatium, ut ex Feſto, ſeù ut ex Varrone colligitur, quià per eam ſacra quotquot menſibus ferebantur in arcem, & per eam Augures ex arce profectí ſolebant inaugurare. Triumphantes quoquė per eam ferebantur, in eâquė cives aliquandò deambulabant, ut ex Horatio conſtat, qui importunum illum reperit, quem facetė carpit Sat. 9. lib. 1.

(8) Olim fortaſſė Juturnæ, aut alius ex centum viginti lacubus, quos regioni Fori Romani Publius Victor attribuit.

(9) Divo Antonino olim, Fauſtinæquė ejus uxori inter Deos per Apotheoſim relatis, nunc autem S. Laurentio cognomento in Miranda, dicatum hoc templum eſt. Extant adhuc nobiliſſimæ hujus Ædis decem columnæ, quæ porticum hodiernæ Eccleſiæ conſtituunt.

(10) Palatium olim Evandri Arcadum Regis ſedes primos excepit Urbis conditores. In illo Romani Imperatores ab Augu-

Digitized by Google

Auguſto habitaverunt . Nero autem , cum ei Palatinus collis non ſufficeret, omne illud quoquè ſpatium occupavit, quod inter Palatinum erat, Cælium, & Exquilias. Hinc Martialis ait Epig 2. lib 1.

Unaquè jam totâ ſtabat in Urbe domus.

Superſunt reliquiæ, ex quibus Cæſarei Palatii ichnographiam eruit V. undequaquè Cl. Franciſcus Blanchinus Veronenſis, quam magnificentiſſimis typis vulgavit.

(11) Tres haſce columnas, quæ hodiè quoquè videntur propè Ædem S. Mariæ Liberatricis, ad templum Jovis Statoris pertinuiſſe, fuerunt olim, hodièquè adhuc ſunt, qui audeant affirmare. At quantâ Deus bone, verſantur in Caribdi! Primum quidem templum Jovis Statoris in foro non fuiſſe, uberrimè teſtantur Livius, Ovidius, Appianus Alexandrinus, ſexcentiquè alii, quos recenſere ſupervacaneum eſt. Secundò cum eæ ſint ordinis Corinthii, qui juxtà regulas à Vitruvio traditas in 1. lib. Architect. Jovi Statori minimè conveniebant, delicatulæ potius alicui Deæ, ceù Veneri, aut Dianæ inſerviiſſe cenſendum eſſet. Nardinius ad Comitium ſpectaſſe putat, quod eo tectum anno fuit, quo Hannibal in Italiam venit, teſte Livio Dec. III. Sed meminiſſe debuerat hic præſtantiſſimus Scriptor, magnificentiam, quam hæ columnæ præſeferunt, ea ætate ignotam omninò Romanis fuiſſe. Suſpicor potius, eas baſilicæ Juliæ reliquias eſſe, quandoquidem propè iſtas effoſſum fuit marmor, in quo characteribus in ruditatem vergentibus ità legebatur.

GABINIUS VETTIUS
PROBIANUS . VC. PRÆF. URB.
STATUAM . QUÆ . BASILICÆ
JULIÆ . A . SE . NOVITER
REPARATAE . ORNAMENTO
ESSET . ADIECIT.

In la-

In latere lapidis ſiniſtro litteris ævi Septimj Severi Imp.

DEDIC. XV. FÉBR. PER

T. ARRIVM BASSIANVM C. V. CVR. OPER.

PVBLICORVM

.....VLLINO . II. ET . AVFID. FRONTONE . COS.

Scilicet P. Cornelio Anullino, & M. Aufidio Frontone Conſulibus: uti ex Caſſiodori Chronico reſtituendum eſt. Hi Rempublicam Conſules adminiſtraverunt ſexto Imperatoris Severi anno, qui fuit Æræ Vulg. circiter ducenteſimus. Atquè obiter ex hoc notandum, Romanos ab eo uſquè tempore deſiiſſe dies menſis per Kalendas, Nonas, & Idus numerare. Ibi enim legitur dedicatam ſtatuam xv. Febr. pro xv. Kal. Martias: quod adjecimus ad inſcriptionis ætatem indicandam. Videſis P. Merulæ Coſmog. P. II. lib. IV. pag. 777.

(II) Templum Pacis à Veſpaſiano conditum poſt Chriſtum natum anno ſeptimo ferè, & ſeptuageſimo, quod certatim ab Urbis Romanæ Scriptoribus commendatur, deletum hod iè totum omninò eſt, ità ut ejus tres tantum fornices ſuperſint. Ejus pul chritudinem, atquè præſtantiam referunt Ammianus lib. 16. Plinius cap. 15. lib. 36. Herodianus lib. I. In eo, teſte Joſepho, candelabrum, & reliqua Hyeroſolimitani Templi ſpolia repoſita fuerunt, in eoquè ſerva batur Jaliſi imago cum cane illo, in cujus ore, cum Protogenes pictor ſpumam effingere nequiret, ſubiratus colorum ſpongiam in ipſum immiſit, quo facto eam, quam arte non potuerat, casù quodam ſpumam eleganter expreſſit. Plinius lib. 35. cap. 8. Bibliothecam in eo quoquè fuiſſe ex Gellio docemur cap. 8. lib. 16. *Commentarium dè proloquiis Lalii docti hominis, qui magiſter Varronis fuit, ſtudiosè quaſivimus, eumquè in Pacis bibliothecâ repertum legimus*. Hujus autem Templi magnificentiam teſtatur adhuc una ex duodecim columnis ſuperſtes,

quæ

Digitized by Google

quæ ejus porticum fulciebant, quæquè erecta viſitur in plateâ S. Mariæ Majoris ad ſuſtinendum ſimulacrum B̃mæ Virginis, quæ pacem peperit humano generi.

(13) Et ſi ex Titi numiſmate ab Auguſtino relato Dial.4. metam ſudantem à Tito ſtructam fuiſſe, dicendum eſſet, tamen ex Seneca Epiſt. 57. eam multò antè extitiſſe docemur. Quicquid dè hoc ſit, videant Critici. Satis nobis ſuperquè erit dicere, propè Amphitheatrum Flavium, atquè arcum Conſtantini aliquot ejus lateritia rudera adhuc extare, ex quibus tamen integra ejus ſtructura facillimè deprehenditur. Sudans verò ideò dicta fuit, quià ex ſummo ejus vertice, ubi Pila, ſeù ut aliis placet, Jovis ſignum fuerat, aqua erumpebat. Meta autem vocabatur, quià apprimè Metis Circenſibus ſimillima.

(14) An. Æ.V.312. profligato apud pontem Milvium Maxentii exercitu, ipſoquè Romæ Tyramno in fluvio demerſo, victori Conſtantino arcum hunc, qui hodiè integer adhuc viſitur, S. P. Q. R. erexit. Octo elegantiſſimis ſtatuis, quæ in ejus faſtigio videntur, capita clanculum amputata, eaquè Florentiam delata fuiſſe à Laurentio Mediceo Paulus Jovius auctor eſt. Varia in eo ſculpturæ dignitas, facieſquè eſt, prout diverſa temporis fuit ratio. Pars enim rudis, & inelegans Conſtantini ævum ſpirat. Elegantiſſima Trajani, ex cujus arcu permulta ablata fuiſſe ornamenta, ut Conſtantini trophæo inſervirent, notum jam Lippis eſt, atquè tonſoribus. Hunc verò vetuſtate fatiſcentem CLEMENS XII. P. M. reſtitui juſſit curante Hieronymo Marchione Theodulo Architectonices ſtudioſiſſimo.

(15) Amphitheatrum Flavium à Veſpaſiano ceptum, à Tito verò filio perfectum, à Neronis Coloſſo propè erecto, Coloſſei nomen adeptum eſt.

(16) Quod vulgò dicimus: *Lavoro a fila grana*.

D (17) Quid

(17) Quid olim eſſet Tholus, ſub judice adhuc eſt. Alii locum eſſe dicunt in mediâ tecti camerâ, in quo voventium exuviæ figebantur. Quidam templi cameram, quæ rotundâ formâ altius creſcens in faſtigiatum deſinit cacumen. Servius ad Virgil. Æneid. 9. 407. hæc habet: *Tholus eſt veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coeunt, ad quod dona ſuſpendi conſuerant, quæ tamdiù non profana fierent, ſicuti in libris ſacrorum refertur. Alii Tholum ædium ſacrarum dicunt genus fabricæ Veſtæ & Pantharæ L. Panthei. Alii tectum ſine parietibus, columnis ſubnixum. Ædes autem rotundas tribus Diis dicunt fieri debere.* Hìc autem Tholi intelliguntur aerei illi fornices, quibus templa noſtra obtegere ſolemus, quoſquè Itali vocant *Cupole*. Hi reverà ut tales verè ſint, non continuis, à fundamento parietibus, ſeù quatuor punctis, ut ajunt quaternorum arcuum inniti debent. Romæ primus in templo S. Auguſtini anno 1480. Baccius Pintellius extruxit: Florentiæ verò in templo, cui nomen *S. Maria del Fiore*, Filippus Brunelleſchi exædificavit.

(18) Amphiteatri figuram, de quò ſuprà verba fecimus, Elipticam fuiſſe nemo ambiget, ſi illud ex duobus theatris junctum, & factum conſideret. Qui tamen plenius ejus ſtructuram aſſequi in animo habet, conſulat Lipſium lib. unic. dè Amphit.

(19) Olim eâ celſitate, & amplitudine erat, ut Ammianus dixerit lib. 16. *Amphiteatri molem ſolidatam lapidis Tiburtini compage, ad cujus ſummitatem ægrè viſio humana conſcendit.*

(20) Gradus, ex quibus ſpectabat Populus, octoginta ſeptem millia hominum capiebant. Sic autem in Amphiteatris dicti fuere, quià ad inſtar ſcalarium graduum alii alios conſequuntur. Eorum dimenſionem habemus apud Vitruvium lib. 5. cap. 6. ubi ait: *Gradus ſpectaculorum, ubi ſub-*

Digitized by Google

ſubſellia componantur , *ne minus alti ſint palmo pede* (ideſt pede & palmo , ſeù quinque palmis) *ne plus pede* , *& digitis ſex* . *Latitudines eorum ne plus pedes duo ſemis* , *ne minus pedes duo conſtituantur* . Tam lati autem ideò fiebant, ut ii, qui in ſuperiori gradù erant, pedes commodè ſuos collocarent, eoſquè, qui in inferiori gradù ſpectabant, non offenderent.

(21) In theatris quidem jam olim lege Roſcia diſcreta loca, & gradus Senatui, Equitibus, Plebique fuere. Non ità tamen in Circis, & Amphiteatris, ubi quamdiù Romæ Libertas fuit, omnes promiſcuè ſpectabant. At ſub Imperatoribus ſua Senatui, ſua Equiti, ſua Plebi ſedes conſtituta fuit. In Amphiteatris profectò Senatores in Podio ſpectabant, ut infrà dicemus, Populus in gradibus ſibi deſtinatis, uti diximus, Equites demum in ſubſelliis peculiaribus, dè quibus modò. Equites itaquè quatuordecim gradus tenuere poſt locum Senatorium: Ideò ſedere in quatuordecim dicebatur pro ipſa equeſtri dignitate, ut habet Martialis Epig.27. lib.5.

Bis ſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti,
Ut ſedeas viſo pallidus Oceano .

(22) Podium eſt projectura in ſummo muro arenam proximè cingens, ac quædam Mœnianorum ſpecies. Vitruvius lib.5. cap.8. Magnitudinem exprimit, ubi dè theatris: *Podii*, inquit, *altitudo ab libramento pulpiti cum corona*, *& lyſi duodecima Orcheſtræ diametri*. *Suprà Podium columnæ cum capitulis* , *& ſpiris altæ quarta parte ejuſdem diametri*. Ex Podio ſpectare ſolebat Imperator, ubi fuit ejus ſuggeſtus, ex eoquè primi è Senatu Conſules, Prætores, aliiquè, ut habet Juvenalis Sat.2.

Et Capitolinis generoſior, *& Marcellis*
Et Catulis, *Paulliſquè minoribus*, *& Fabiis*, *&*
Omnibus ad Podium ſpectantibus .

D 2 Quam-

Quamquam ob Podii altitudinem nulla fera tranſilire poſſet, tamen contrà fortuitos, inopinatoſquè caſus proviſum à Romanis eſt. Primò enim retia valida, ac nodoſa, quorum raritas aſpectum non impediebat, in orbem undiquè Podium circumdabant. Secundò verſatiles quoſdam truncos adhibebant, qui in muro, podioquè poſiti ferarum inſultus prohiberent. Contrà Elephantes autem aut clathris ferreis, aut euripis proviſum eſt.

(23) Cuneus nihil aliud erat, quam ſpatium illud, quod præcinctionum itineribus, viiſquè lateralibus ſecabatur. Ab ipsâ autem formâ nomen accepit. Quia reverà, quò propius ad caveam accedebant, eò ſtrictiores, anguſtioreſquè erant: eò magis quo aſcendebant, dilatabantur, Cuneiquè formam efficiebant. Juv. Sat. 6.

. . . . . Cuneis an habet ſpectacula totis
Ut ſecurus ames?

(24) Vomitoria, ſeù aditus in theatris, ac amphitheatris erant portæ, per quas populus ab exterioribus ad proprias ſedes migrabat. Vitruvius hæc habet: *Aditus complures, & ſpatioſos oportet diſponere, nè conjunctos ſuperiores inferioribus, ſed ex omnibus locis perpetuos, & directos ſinè inverſuris faciendos, ut cum Populus dimittitur dè ſpectaculis, nè comprimatur, ſed habeat ex omnibus locis exitus ſeparatos ſinè impeditione.*

(25) Cum altitudo graduum, ſuprà quos ſedebant ſpectatores, tanta eſſet, ut per eos non niſi peregrè aſcendi poſſet, ſcalas, ſeù ſcalaria condi Veteres curarunt, per quas inter cuneos aſcenderet Populus, atquè deſcenderet. Vitruvius lib. 5. cap. 6. hæc habet: *Suprà autem alternis itineribus ſuperiores cunei medii dirigantur: hi autem, qui ſunt in imo, & dirigunt ſcalaria, erunt numero ſeptem.* Atquè hæc quidem ſcalaria adhuc hodiè intuentur in Amphi-

phiteatro Romano, non tamen clariſſimè, uti eſt in Veronenſi, dè quo videſis Maffejum.

(26) Cum in Amphiteatro ad edenda ſpectacula feræ aſſervari deberent, peculiares ipſarum cellulas condidere Romani, quas caveas nuncupabant. Cavea itaquè nihil aliud erat in Amphiteatro, quam locus, qui feras contineret, atquè concluderet. Hæ autem caveæ regulis ferreis contextæ erant, & ad lucem recipiendam accomodatæ, ab illis omninò diverſæ, quas cavos, ac ſpeluncas hypogæas vocabant, quæquè à nullâ ſolari luce irradiabantur. Portulas etiam quaſdam, quæ ſub Podii muro ad arenam ducebant, non ad gradus, ad cavearum uſum accomodare videtur Vopiſcus, qui eas aditus vocat: ait enim: *Immiſſi deindè per omnes aditus ſtrutiones mille, mille cervi, mille apri*.

(27) Tantam Veteres in connectendis lapidibus ſedulitatem adhibebant, ut ſæpè in eorum Ædificiis vix, ac nè vix quidem commiſſuras dignoſces. Ad hoc ait Palladius cap. 10. lib. 10. Advortat ſedulò oportet, qui præter pulchritudinem, firmitatem quoquè in ædificando deſiderat. Quâ autem in iis ratione uterentur, idem laudatus modò auctor eodem cap. & lib. inquirit. Mirabilis hic lapidum nexus in Amphiteatro quoquè ità obſervatur, ut meritò ab Auctore dicatur, credi poſſe totam ejus molem ex uno ſaxo conſtare.

(28) Quod adeò verum eſt, ſicuti ex Petri Aretini Diàlogis diſcimus, ut ingens illud ſaxum, quod duobus aliis disjunctis, & hiantibus innititur ſuper illo arcù, per quem ex arenâ Amphiteatri ad Lateranum itur, ab ejus uſquè Scriptoris ævo ad noſtra tempora pendeat, compage licet fatiſcente, nec adhuc ſolutâ ſuſtentatum.

(29) Numero rotundo uſus eſt Auctor, ſed verius Coloſſæi ætas eſt ſæculorum propè ſeptemdecim, cum ut om-

nes norunt, ab Imperatore Veſpaſiano inchoatum, à Tito verò perfectum fuerit. Notandum tamen eſt, quod Auctor ait *integra*. Quamquam enim fatiſcere jamdiù incepiſſet, ità ſe tamen ævo Xiſti V. Pont. Max. habebat, ut hic providentiſſimus Pontifex lanificium, & ſericium in eo concludere meditaretur.

(10) Vaſtatio Urbis, Barbarorumquè populationes remota potius, quam proxima cauſa fuerunt ruinæ principum ædificiorum. Reges enim barbari, ac præcipuè Theodoricus ea noluerunt perdere, quæ ſui juris eſſe arbitrabantur. Poſt autem varia bella Populus Romanus eò miſeriarum, & indigentiæ devenit, ut tantillum metalli acquiſiturus, ſaxa terebraverit, ut clavum extraheret, quo ſaxum cum ſaxo connectebatur. Hæc itaquè præcipua origo fuit eorum foraminum, quibus forma veterum ædificiorum deturpatur.

(11) Ad centrum gravitatis materiam omnem inertem tendere, receptum eſt apud omnes Mathematicos, & Phiſicos axioma, ut immò centrum gravitatis punctum illud definiant, ad quod corpora omnia ſibi liberè commiſſa tendunt.

(12) Loquitur hic Auctor dè ratione ſtruendorum fundamentorum, quam eam eſſe, quæ ab eo recenſetur, omnes ſciunt. Audiendus Auguſti Architectus lib. 6. cap. 10. *Item adminiſtrandum eſt, uti levent onus parietum fornicationes cuneorum diviſionibus, & ad centrum reſpondentes earum concluſura, cum enim extrà trabes, aut liminum capita arcus cunei erunt concluſi, primum non pandabit materies levata onere, deindè ſi quod è vetuſtate vicium cœperit, ſinè molitione fulturarum facillimè mutabitur.*

(13) Æquale, & planum, non aſperum debet eſſe ſtratum, ubi fundamenta conſtruuntur. Hinc uno ore periti Archi-

Architecturæ ſtatuunt, non temerè inæquali ſolo fundamenta committenda eſſe, quæ ità ſtatuta cum reliquis ædificii partibus brevi corruere neceſſariò deberent. Leo Baptiſta Albertus dè Re Ædificatoria lib. 3, cap. 3. hæc habet: *Cæterum omnis foſſionis fundus ad libellam planè coæquandus eſt, nè quâ in parte uſpiam ſit declive, quò imponenda coæquatis ponderibus collibrentur. Habet enim pondus in ſe hoc inſitum, & innatum, ut depreſſiora ſemper oppetat, & opprimat.*

(34) Nempè potentias prementes, quæ cum æquales ſint, & in æqualia obſtacula impingant, actiones quoquè æquales producent. *Non minus etiam*, ait Vitruvius lib. 6. cap. 10. *obſervandum eſt, uti omnes ſtructuræ perpendiculo reſpondeant, nequè habeant in ullâ parte proclinationes.*

(35) Dicuntur hìc oſſa craſſiores illi muri, quibus graciliores incumbunt, dè quibus ità egregiè ait Leo Baptiſta Albertus dè Re Ædificatoriâ lib. 3. cap. 12. *Adverterunt Phyſici in corporibus animantium naturam aſſueſſe opus ſuum ità perfinire, ut nunquam oſſa ab oſſibus ſeparata, aut disjuncta eſſe uſpiam voluerit: ſic etiam nos oſſa oſſibus conjungemus, & nervis, illigamentiſquè belliſſimè affirmabimus, ut ſit oſſium ſeries, & compactura, quæ ſola etiam ſi deſint cetera, ſtet opus ſuis perfinitum membris, atquè firmitatibus.*

(36) Fundamentum, inquit, citatus ſæpè Auguſti Architectus *Fodiatur ad ſolidum, & in ſolido*. Fodiendum nempè eſt, donec reperiatur ſolidum, quò invento ulterius quoquè fodiendum eſt, nè apparens tantummodò, non autem reale ſolidum ſit: quod ſi ità ſe in ædificio haberet, conclamatum dè eo prorſus eſſet. Hinc ſi vacuum habetur ipſum, aut cœmentis, aut ruderibus replendum eſt, nè vacuo, ut ait Auctor, frangatur.

(37) Ut ritè, rectèquè conſtructum ædificium aliquod dici poſſit, firmitatem non modò, ſed & pulchritudinem, quam

Digitized by Google

quam Eurithmiam Vitruvius vocat , præſeferre debet . Ædicula etiam ruſtica firma eſſe poteſt , ſi fundamenta reliquum pondus ſuſtineant : quis autem eam inter præſtantia ædificia numerabit , ſi foramina , qualiacumque ſint , pro feneſtris habeat, per quæ lux quidem ingrediatur , omni tamen ornatù deſtituantur ? Idem ſtatuas dè reliquis ædificii partibus , quæ ſi præter firmitatem , pulchritudinem quoquè non habeant, nullo in precio habentur . Itaquè ut ædes ritè diſpoſita , ac conſtruſta dicatur , ſtatuunt periti , ſingulas partes ſingulis reſpondere debere , & non modò aliquam peculiarem partem à reliquis ornari , verum etiam ipſam ad alias ornandas inſervire oportere , quæ omnia firmitatem pulchritudinemquè conſtituunt .

(38) Deeſſe aliquid , quod neceſſarium non ſit , aut aliquid in ædificio eſſe , quod nec ad pulchritudinem , nec ad firmitatem , ſed ad luxuriantem tantum abundantiam inſervit , errores ferè ſunt in eadem claſſe reponendi . Ex hoc confuſio , ac nugatoria ſatietas gignitur , ex illo aut firmitas , aut pulchritudo vitiatur .

(39) Architectura Naturæ imitatrix ait Palladius lib.1. cap.20. nihil patitur , quod ei conſonum non ſit . Damnandus igitur eſſet, qui magnificum ædificium oſcillis , vulgò *Maſcheroni* , ſeù vaſculis , racemis , atquè emblematibus , *Arabeſchi* , quæ dicimus , præcipuè à viſu remotis exornaret .

(40) Gothi , & Longobardi ordines quoſdam patrios invexerunt in Italiam , quos Græcæ & Romanæ Architecturæ ordinibus ſubſtituerunt . Quam vitioſi fuerint hi , agnoſcimus adhùc in iis ædificiis , quæ eorum temporum ſuperſunt .

(41) Tholi , ſeù Cupolæ S. Petri in Vaticano vaſtitatem, altitudinem , atquè præſtantiam mirari non ſinè ſtupore poſſumus . Præclara hæc moles primum à Michaele Angelo

Bona-

Digitized by Google

Bonarota excogitata, atquè ab eo primum, deindè à Jacopo Barrotio vulgò *Vignola*, demum à Jacopo è Porta, aliiſquè conſtructa fuit.

(42) Lacunar, ſeù laqueare eſt templi cœlum, ac contignatio variis cælaturis, & picturis magnificè ornata. Quandò ea inaurari primum cœperit refert Plinius 33. lib. 3. *Laquearia, quæ nunc & in privatis domibus auro teguntur poſt Carthaginem everſam, primò inaurata ſunt in Capitolio cenſura L. Mummii. Indè tranſiere in cameras, in parietes quoquè, qui jam & ipſi tamquam vaſa inaurantur*. Quod tamen ad principum in Urbe Virorum ædes, pertinere innuit Horatius lib. 2. Od 18. Cæterum obſervandum eſt, lacum propriè illud ſignificare, quod à nobis dicitur. *Il tavolato del ſoffitto*. Lucilius *reſultant ædeſquè, lacuſquè*. Ex hac voce efformatum deindè eſt lacunar, mox lacunarium, demum laquearium paucis immutatis, ac laqueatum adhibitum quoquè pro lacuato, quo utitur Cicero: *tectis cælatis, lacuatis*.

(43) Uſa quidem antiquitas eſt ad ambulandum, & meridiandum Peryſtiliis. Qui ea proprius noſſe cupiat, illud inviſat, quod nuperrimè in villâ extrà Portam Collinam molitus eſt Emus Cardinalis Alexander Albanus, cui veterum monumentorum theſaurum Romana debebit poſteritas. Nullum verò in totâ vetuſtate reperire eſt, quod cum Vaticano conferri poſſit Peryſtilio. Conſtat enim duobus ampliſſimis Hemyciclis, quorum ſinguli ſexcentas quadraginta ex Tiburtino lapide, præter maximæ molis pilos, columnas habent: ſingulorum verò faſtigium ſexaginta octo ſtatuis coronatur. Laurentius Berninius fuit mirandi operis Architectus.

(44) Tarpejam dixit pro Capitolinâ: propriè enim Tarpeja rupes ad meridiem vergit, quà in Forum Romanum deſcenditur. Plateam hanc Summorum Pontificum muni-

Digitized by Google

munificentiâ ad eam majeſtatis ſpeciem adduxit, quâ nunc jure quidem optimo, ac merito ſuperbit. Bonifacius IX., ubi Populi Romani tabularium erat, palatium conſtrui juſſit, ubi Senator Urbis habitaret, qui juridicundo inter cives præeſſet. Quod hujus Palatii ad ſiniſtram conſpicitur, Conſervatoribus Urbis deſtinatum eſt. Quod verò è regione ſpectatur, præclarioribus ſimulacris à temporum edacitate ſervatis Clemens XII., & Benedictus XIV. P. P. M. M. locupletaverunt. Hujuſmodi Ædium delineatio Michaeli Angelo Bonarota debetur, cui cum mors perfectionem operis invidiſſet, Jacobus à Porta Comenſis, & Eques Hieronymus Raynaldus Romanus ſupremam iis manum impoſuerunt.

(45) Circus Agonalis à græca voce ἀγὼν deſumptus, qui latinè ſonat certamen, quod conſiſtit in incurſionibus, interjectionibus, congreſſibus, contentionibus, ut habet Plutarcus, corruptâ voce à Plebe Navonius hodiè appellatur. Quæ à Fulvio, Donato, Nardinio dè vocis Ethymologia afferuntur, incerta adeò, & obſcura ſunt, ut in eis nè Cynicâ quidem face verum reperies. Agonium putaſſe Veteres Deum præſidentem rebus agendis, docet Feſtus. An autem ex ludis, qui ibi in ejus honorem celebrabantur, an ex aliâ causâ locus iſte Circus Agonalis dictus fuerit, non audeo definire. Incertum nimis eſt, & aleæ plenum opus. Coloſſi verò fontis Agonalis ii ab Auctore dicuntur, qui quatuor majora Orbis flumina repræſentantes, in conſpectu templi S. Agnetis intuentur. Laurentius Berninius Architectus fontem hunc excogitavit, qui eum ad inſtar ſcopuli expreſſit, cui Obeliſcus innititur 74. palmos altus, qui olim in Circo Caracallæ non procul ab Eccleſiâ S. Sebaſtiani fuerat.

(45) Nè quis arbitretur, ſigna, quæ in hoc fonte viſuntur, fortuitò ab Architecto appoſita eſſe, ſciat oportet,

tet,

Digitized by Google

tet, Nicolaum Salvium non modò abſolutiſſimum Architectum, ſed egregium quoquè fuiſſe Philoſophum. Expreſſit itaquè in Oceano, quæ tamquam currù inſidens, è loculo egreditur, univerſitatem aquarum, quarum aliæ, cum in motù ſint, à phoca contumaciter ſubſultante, quam Triton compeſcit, repræſentantur. Alias verò quieſcentes exhibet aliud marinum monſtrum, quod alter Triton moderatur. At cum vegetabilia omnia ex aquâ producantur, quatuor ab iis derivata, quæ venuſtiora ſunt, & humano generi utiliora, expreſſit in quatuor fœmineis ſimulacris, quæ ſuprà frontem locavit: quarum ſingulæ ſeſe adjectis ſymbolis manifeſtant: triticum nempè, poma, flores, atquè uva. Duobus inſuper anaglyphis inventionem aquæ per virginem, & deductionem in Urbem per Agrippam demonſtravit. Quæ laterales loculos nunc occupant ſtatuæ, ſunt ab alio excogitatæ.

(47) Si quis magnum in parvo reperire vult, Eccleſiam Monialium SSmæ Conceptionis in Campo Martio ab Antonio de Rubeis Architecto extructam inviſat.

(48) In extruendis publicis ædificiis arctius habitabant, quam credi poſſit, locupletiores. Ut plurimum enim eorum domus trifariam dividebantur: in balneum nempè, triclinium, atquè cubiculum. Lavabantur in primo, cenabatur in altero, ſomnum verò in tertio capiebant; nec ab alterius unius cubile niſi per cortinas, & aulæa dividebatur.

(49) Cum jam olim, Tarquinio Superbo regnante, additi fuiſſent Urbi Viminalis, Exquilinus, ac Quirinalis montis pars; cumquè cloacæ, quæ jam in Urbe erant ad deferendas ad Tiberim aquas, idoneæ non eſſent, Cloaca maxima, quæ cæterarum aquas à foro in Tiberim deferret, fuit ab eodem ædificata. Audiendus dè hac re Livius 1. 56. *Foros in Circo faciendos, cloacamquè maximam rece-*

receptaculum omnium purgamentorum Urbis ſub terram agendam : quibus duobus operibus vix nova hac magnificentia quicquam adæquare potuit.

(50) Exquilinus mons, ubi hodiè Baſilicæ S. Mariæ Majoris, & S. Crucis cognomento in Hieruſalem conſpiciuntur, primum Urbi à Tullio Hoſtilio adjectus fuit, dein à Servio Tullio ornatus, atquè auctus fuit ædificiis. Ità quidem opinantur Eruditi, ut diſcrepantes Livii, ac Dionyſii loci concilientur. Apud Urbis Romanæ topographos hujus montis fines, atquè ambitus invenies.

(51) Quod Latinis Regia: Græcis verò βασιλικη. Hac tempeſtate Itali grajo utuntur nomine ad ſignificandum templum dignitate præſtans inter reliqua. Tale eſt Lateranenſe, cui inter omnes Chriſtianas Ædes principatus jure quidem optimo, ac merito aſſignatur. Auctor igitur non ad Principis Palatium ſe cum hoſpite, ſed ad Lateranenſem Eccleſiam contulerunt.

(52) Cæliolus eſt colliculus in monte Cælio, qui inter Amphiteatrum eſt, atquè Eccleſiam S. Clementis. Ex loco Varronis malè intellecto Ligorius putat, Cæliolum non fuiſſe montem, ſed locum ità nuncupatum. Contrà verò Cæliolum fuiſſe collem, docet Martialis lib. 12. Epig. 18.

Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumquè
Major Cælius, & minor fatigat.

(53) Vulgatum eſt Ædes Ædium latinè idem eſſe, ac domus. Ædes Ædis verò pro Templo uſurpatur.

(54) Myſtica, ideſt arcana: ea dicebantur ſacra, quorum ceremoniæ nemini, niſi initiatis veluti Cereris Eleuſinæ &c. patebant.

FINIS

2 1106.17

Digitized by Google

61

1136 17

Digitized by Google

Digitized by Google

63

Digitized by Google

Digitized by Google